



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Eadem Dom. Lect. 4. tripart Quis ex vobis habenscentum oves si
perdiderit unam ex illis, & c. 1. pars docet, quid in eligendum sit per 99. &
per unam quæ periit. 2. ostendit miram charitatem Pastoris ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

vicinus d'oes cupiditatem habet malignus omnes quam-
tenus candido & simplici animo subiginem suam af-
fricat. Hæc itaque omnia nos mouent (quibus
quandoque instar Charrini cumbit cum peccato-
ribus agere & conuersari) ut nobis ad vigilemus,
ne nos potius illi trahant ad sæculi ad multitudi-
nis viam, quam nos ad viam Domini, & Cæli eos
trahamus.

Conclu-
sio.

Concludamus & dicamus: Ita, ô Domine Iesu,
fac semper hanc cum hominibus misericor-
diam, ut trahantur à te peccatores, & curant post
te: quare eos ut quarant res, appropinqua eis ut
appropinquent ad te. Recipe peccatores, quan-
tumlibet irascatur malignis animus invidorum,
quantumlibet fremat invidia malignorum, & dæ-
monum. Sit semper & agnoscatur ab omnibus ti-
tulus iste tuus honorificus: *Hic peccatores recipit.*
Recipe peccatores, ut desinant esse peccatores.
Recipe confitentes, ut redeant ad te mundi & pœ-
nitentes: quia quando eis appropinquas, sancti-
ficas. Tu non recipis peccatores adhuc peccan-
tes, sed recipis peccatores pro venia peccan-
tes: nec enim criminis susceptores, sed hominis,
non peccati, sed peccatoris, sicut fluit cera à facie
ignis, sic pereant peccatores à facie tua. Pereant,
sed bene & feliciter pereant, dum perit peccatum,
& corda eorum liquefiunt à facie ignis contritio-
nis: dum sic perierint ut peccatores, suscipies eos
ut pœnitentes, & sicut iusti, & manducabis cum
eis: epulabuntur in conspectu tuo. Apponant tibi
cor contritum conditum lacrimis, tu non despicias
ferculum istud gratissimum; appone tu eis vicissi-
m gratia tuæ & misericordiarum cibum verè mise-
ris lapidum, sicque epulare cum eis, & ipsi tecum,
donec pertingant tandem ad beatitudinis tuæ æ-
ternum epulum, ubi nullum amplius patientur
murmur, nullam contradictionem; sed resonabit
iugiter sola vox exultationis & confessionis.

EADEM DOMINICA.

LECT. 4. *Quis ex vobis habens centum oves, si perdidit
Tripart. unam ex illis, etc.*

PARS I. **D**ignatus est Christus Dominus Phariseis ob-
directantibus respondere, coque suaviter &
efficaciter redarguere, ostendendo triplici simili-
tudine, quam Deo sit accepta peccatorum conuer-
sio, & Angelis ejus: quodque quærendi sint illi cum
eis conuersando, ut ad pœnitentiam & ad Deum
adducantur. Proponit primò similitudinem Pa-
storis ovem exerrantem sollicitè requirentis, & ea
inventa amicos & vicinos ad gaudii locietatem ad-
vocantis. Proponit deinde similitudinem mulieris
drachmam perditam quolibet domus angulo ac-
censa lucerna in vestigantis, & illius tandem reper-
tæ lætitiâ similiter communicantis cum suis
consodalibus & vicinis. Proponit denique simili-

tudinem Patris filium prodigum reuertentem ex-
oculantis, amplectentis, festivoque epulo cum
geniali plausu excipientis. Explicabimus autem
hic paucis parabolas Pastoris ovem quæritantis
& quoniam super Evangelio, *Ego sum Pastor bonus,*
Dominicæ III. post Patena sufficienter dedimus
rationes, cur Christus Pastor dicatur, nosque oves
regis ejus, ideo hic non repetemus, sed Lectorem
illuc remittimus.

Queritur autem hic primò, quid significet
nonaginta novem oves, quæ in deserto dimissæ di-
cuntur, quid etiam unicilla quæ aberrans requir-
tur? In primis rectè dicitur cum Theophylacto,
& aliis Interpretibus per centenarium numerum
(qui perfectus est) intelligi numerum perfectum
electorum; qui Christo tamquam pastori instar
ovium rationalium committuntur. Per nonaginta
novem oves quæ in deserto, sive in pascuis relin-
quantur, significari iustos qui in gratia vivunt, &
ibi dimittuntur quasi in solitis pascuis; per unam
vero ovem significari peccatorem, qui licet electo-
rum sit ex numero, adhuc tamen aberrat, &
propterea à Pastore sollicitè requiritur; hoc est à
Christo, qui sollicitam habet curam, ut impleat-
ur numerus electorum; quia & ideo venit in hunc
mundum, nec desistit quærere, donec ovem erran-
tem reperiret, & reportaret. Itaque ipse est simili-
lis homini, cui grex esset centum ovium, & licet
una solum ex illis erraret, magna tamen sollicitu-
dine illam requireret, magnoque gaudio de illa re-
perta exultaret. Igitur parabola hoc sensu intelli-
genda foret de grege hominum iustorum, compa-
rando illum cum uno peccatore societatem iustor-
um relinquentis; non verò de grege Angelorum,
comparando illum cum homine sive cum humana
natura tamquam ove errante. Unde Christus Do-
minus concludens dicit: *Ita dico vobis, gaudium
erit Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam a-
gente.* Ubi indicat Angelos potius intelligi per vi-
cinos illos qui advocantur ad congratulandum
Pastori de ove reperta, quam per nonaginta no-
vem oves.

Secundò nihilominus dicendum, etiam rectè
intelligi per 99 oves Angelos in Cælo relictos, per 99. Ovem
unam autem quæ perierat naturam humanam in sume An-
Adam perditam, ad quam requirendam venit Chri-
stus insatigabilis. Hæc est concors multorum anti-
quorum Patrum sententia, Cyrilli, Ambrosii, Hi-
larii, Gregorii, Bedæ, Augustini Glossæ versisque,
& aliorum. Hanc etiam sententiam confirmat al-
tera parabola, quæ agit de decem drachmis, & de
una perditâ ex illis; ita ut novem drachmæ nò per-
dita, sint novem Chori Angelorum, una autè per-
dita, sit humana natura, quæ etiam sicut Angelica
imaginem & signaculum Dei: tamquam ejus drach-
ma impressam habeat. Centum ergo oves habuit
Deus cum homines & Angelos creavit, una perit
ex illis, homo scilicet qui respectu magis numeri
Angelorum non nisi unam conficere censuræ re-
spectu

1. Ovem
suis iustis
in gratia
viventem.

2. Ovem
unam
hanc
bala-
z. Ovem
re per-
suas.

specu centum; res dicitur autem istis in solitudine in supremo loco calcisti, venit ad unam illam pereuntem. Neque tamen illas 99. sic reliquit, ut ab illis abesset, aut ita ut illis privatum non esset. Reliquit enim eas in pacuis uberis sine periculo ullo. Audi S. Cyrillum: Numquid fortassis reliquens motus est pietate unius? Nequaquam. Sunt enim illa in tuo circumspiciente eas potentissima decessera: sed magis oportebat misereri pereuntem, ne imperfecta videretur reditura multitudo, una enim rediit sortitur centum propriam speciem. Similiter loquitur etiam Sanctus Ambrosius in Psalm 118. ubi Propheta quasi in nomine totius humani generis rogat ut Dominus veniat tamquam Pastor, ovem qua perierat reportaturus: Erravit sicut ovis qua perierat, quare servum tuum. Sic loquitur ibi Sanctus Ambrosius: Veni Domine Jesu, quare servum tuum, quare lassam ovem tuam. Veni Pastor, quare sicut oves Iosaph. Erravit ovis tuus, dum tu moraris in montibus. Dimitte nonaginta novem oves tuas, & veni unam quare, qua erravit. Veni non cum virga, sed cum charitate, spiritu que mansuetudine. Noli dubitare relinquere in montibus nonaginta novem oves tuas, quia in montibus constitutus lupi rapaces incurfare non possunt. In Paradiso semel nocuit serpens, amissit bibescam, postquam Adam inde expulsus est, illic jam nocere non poterit. Ad me veni, quem esichum de Paradiso serpenti dicit uteris venena perorient, quia erravit a gregebus illis tuis superioribus. Nam & me ibidem colloca veras, sed ab omnibus tuis lapsus nocturnus averit. Veni ad me, quia erraticam solus es quireverare possis, & quos reliqueris non masculificabis. Et ipsi enim peccatorum reditu gratulabuntur. Quare me, quia ego te requiro. Quare me, inveni me, suscipe me, porta me. Hactenus S. Ambrosius per ovem perditam intelligens humanum genus, per 99. in deserto relictas intelligens Angelos conformiter aliis Patribus.

Duplex itaque videtur esse scopus Domini in hac allata similitudine. Primus est, obstruere os Pharisaeorum loquentium iniqua, & inique, obmurmurantium. Hi enim non minus invidiam suam perbi malitiam de Domini bonitate capiebant, de pietate Dei impie reddebantur, sebam de Christi miseratione crudeliter, sumebant de casti curatore languorem, & penitentium veniam credebant in iudicio reatum. Sic loquitur de illis S. Chrysologus sermone 108. Hos autem sic convincit Dominus: Si Pastor tanto amore profectur oves, quas tamen non creavit; quod plus illi sit cura de una perditam, quam de nonaginta novem, plus que gaudeat de illa inventa, quam de toto grege; & nemo murmurat, nemo obloquitur, quod inventam tamen non percutit, nec indignabundè asperere tractat, sed humeris supponit benignè eam suscipiens. Quare ego animas rationales quas creavi, & qua mihi tamquam oves concedere sunt, non requirem amantem & sollicitè. Qui igitur obmurmuratis,

dum eas requiro & ad me allicio, dum humeris meis eas imponere aveo? Oppiler iniquitas os suum, quandoquidem potius congaudere debetis de conversione ovis errantis, de penitentia peccatoris ad me appropinquantis.

Alter scopus Christi in hac similitudine profertenda, fuit non solum arguere & silentium imponere contradictioni injusta Pharisaeorum, sed etiam manifestum facere omnibus amorem suum & charitatem nimiam, qua dilexit nos, dum in hunc mundum per incarnationem venit, & naturam nostram suscepit, è caelo, ubi Angelos reliquit, descendens ad nos, ut in caelum nos revocaret. Sicque hoc amore tamquam efficaci illic corda omnium ad se optat pellicere, & correspondente illos amore accendere; Magnes enim amoris amor est. Unde dicebat Apostolus: Qui non amat Jesum Christum, sit anathema: hoc est, sit separatus à Deo, eique exotus. Rationem subiungit, dum addit; Sit anathema Maranatha. Quid est, Maranatha, id est, Dominus venit. Idem igitur est ac si diceret: Talis non potest excusari, quia jam Dominus venit amorem suum ostendens, & suo amore nostrum illectans, nostramque ingratitudinem condemnans, si eum non redamemus post tot amoris certissima manifestissimaque indicia. Hujus porro amoris indicia elucet in hoc Evangelio, in quo agitur de Christo ut Pastore ovem requirente. Quapropter singulae circumstantiae in particulari expendendae & premendae sunt, quia ex singulis liquor amoris exprimi poterit.

Dicamus ergo primò, in hoc elucere amorem Christi, quod ipse ut Pastor ad ovem venerit, & illam qua siverit. Quare qua siverit ovem errantem, hoc est, peccatorem à Deo vera via & vita deviantem? Numquid egebat Deus peccatore, aut ei commodum aliquod conferebat, si revertetur? Pastores pecorum ideo illa requirunt, quia illis indigent. Non ita Deus. Quia etiam si percat omnes homines, immò & omnes Angeli, nihil ei damni venit, ipse sibi totum suum bonum est, & quidem infinitum bonum, cui nihil deest. Numquid indiget creaturis suis Deus; Immo ideo Deus est, quia illis non eget. Hoc enim assertit & agnoscit Propheta: Deus meus es tu, quoniam honorum non eget. In se & ex se ab aeterno beatus est, antequam ullam condere creaturam. Et hoc erat ipse Deus antequam creati essemus, quod etiam nunc est; & nihil ei attulimus a nihilo ad esse producti; quod si ad nihilum redigeremur, nihil illi detraheremus. Ideo verò Angelos & homines creavit in tempore, non ut majorem assequeretur beatitudinem; sed quia vidit beatitudinem & felicitatem suam sine diminutione & detrimento posse communicari creaturæ a se producendæ; ideo duas principales creaturas creavit bonitatis suae & felicitatis specialiter participes, Angelos

2. Mani-
stare
suum a-
morem.

1. Cor. 13.

PARS III.
De pastore
ovem quas-
rentem.
Peccato-
rem quasi-
vis Chris-
tus ex a-
more.
1. Quia
venit ad
illum.
Platon. as.

sollicitè

1. Oves
ni iusti
gratia
ventes.

2. Oves
ni An-
in eos
alibi.

Duplex
scopus Do-
mini in
hoc para-
bola.
1. Argue-
re Phari-
saei.

scilicet & homines. Non ergo ex indigentia eas creavit, quasi eorum egeret obsequio, alias ab æterno eas creasse debuisset, ne cuius piam rei indigentis remaneret à principio. Sicut verò hominem non creavit ex indigentia, sic nec peccantem requiritur quasi patiens damnata, tectè enim dicit Elyphaz Themanites: *Quid prodest Deo si iustus fueris, aut quid ei confers si fueris immaculata vita tua?* Nobis scilicet prodest, non ipsi nosmetipsos iuavimus, non enim in hoc quod benè agimus, ut ibi interpretatur S. Gregor. Quare igitur querit peccatorem Deus? Nempe quia illum amat, illius miseretur. Hoc est quod canit Zacharias: *Per viscera misericordie visita vitæ nos oriens ex alto.* Hoc est quod dixerat per Prophetam: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui.* Ergo benedictus Pastor qui visitavit & fecit redemptionem gregis sui puro ex amore, pura ex charitate, per viscera misericordie sue. Non enim merita peccatoris poterunt eum ad id impellere, nec suam indigentia, sicut nec ad creandum. Hinc S. Augustinus, cap. 11. Soliloq. *Ego creatura tua sperabo in bonitate tua qua creasti me: non enim merita mea, non mea gratia coegerunt te ut creares me, sed benignissimi bonitas tua. Ipsa Domine Deus meus qua te ad creandum coegit, ipsa quæ modo cogat te ad regendum. Non pereat in malicia mea, quod operata est bonitas tua. Non pereat in miseria mea, quod operata est misericordia tua. Ipsa est charitas vincat ad salvandum qua te vicit ad creandum, quia nec unquam minor est, tu es enim ipse qui semper idem es.*

Iob 22.

Luc. 1.

Ierem. 1.

1. Quia relictis angelis in celo venit querere hominem. Heb. 2.

Psal. 110.

Dicamus secundò, in hoc Pastoris nostri elucere amorem, quod ad hominem venit, Angelis in celo relictis. Probatio dilectionis exhibitio est operis. inquit S. Gregorius. Illa autem dilectionem maximè exhibuit erga hominem opere maximè admirabili dum non assumpsit Angelicam naturam sed humanam. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semper Abrabæ apprehendit,* inquit Apostolus. Certè in lapsu hominis & ejus reparatione longè magis clarescit charitas Dei, quam in lapsu Angelii. Poterat Deus naturam humanam relinquere in massa damnationis, sicut & Angelicam: poterat Angelicam liberare sicut & humanam: utrobique ovis errans, utrobique gravis ingratitude, sive dum Angelus peccat in celo, sive dum Homo peccat in paradiso, tot beneficiis donisque adornatus & præventus utrobique servus fugitivus, interim hunc querit Deus, & sibi novè fœdere adstringit ejus naturam assumens, sicque reducit ovis errans: alterum servum non querit, sed mox à peccato æterno præcipitio collidit, æternique flammis addicit. Sic centum oves (hoc est magnus Angelorum numerus) in lapsu & damnatione relinquuntur, nec requiruntur ab eodem Pastore, qui eorum etiam poterat naturam assumere & reducere. An non ergo hic mira erga homines dilectio? An non mira erga Angelos cadentes iustitia? *Misericordias & iudicium captabo tibi Domine, misericordiam*

erga hominem peccantem, quem reducis & tibi unis; iudicium erga Angelum cadentem, qui non adjicietur ut resurgat: *Via abom satanam tamquam fulgur de celo cadentem.* Et quidem vidit eum è celo irreparabiliter cadentem, quia nunquam poterit viam repetere pœnitentiam, nec veniæ. Ideoque nec locum suum unquam repetere. *Domine quid est homo quia magnificat eum, aut quid apponit erga eum certum?* Nonne homo putredo, & filius hominis vermis? Quid verò Angelus? Numquid spiritus prænobilis, plenus sapientia, & perfectus decore, positus in monte sancto tuo in deliciis paradisi, in medio lapidum ignitorum, omnis lapis pretiosus, operimentum ejus, opus decoris tui? Verumtamen cum eiecit eum de monte tuo sancto, & perdis eum de medio lapidum ignitorum, haud indoluisse aut ingemuisse visus es. At verò de hominis perditione tactus es quasi quodam dolere cordis intrinsecus, ideo venis, & deploras, & requiris eum de ejus salute mirè sollicitus. O bonitatem & dilectionem Pastoris ovem unquam requiritis!

Rationes verò aliquot adferunt SS. Patres, cur potius hominem Deus requirerit & reparavit, quàm Angelum, & cur potius homo dignus fuerit compassione quam Angelus. 1. Quia minor pars Angelorum cecidit & perit: At verò tota humana natura erat in damnationis massa in Adami tamquam radice vitiatâ, ideoque cum defertoribus Angelis supplicio obnoxia. Sic ex toto periret creatura illa nobilis glorie capax, cujus gratia cuncta creatura creata. Hæc est ratio S. Augustini. 1. *Enechirid. ca. 20.* quam sequitur *Magister sentent. in 2. di. 21. 2.* Quia Angeli omnes propria voluntate peccaverunt; homines verò unus voluitare quasi aliena: ideo decur ut unus etiam benefici liberaretur, ut ei quem aliena supplantaverat malitia charitas prodesset aliena. 3. Quia homo minore malitia peccarat, imbecillior enim est homo Angelos, ideoque magis divina provocabat misericordiam ejus miseria. Hæc utraque ratio afferretur à sancto Bernar do sermone 1. de Adventu. Ubi sic Deum alloquitur in persona hominis lapsi: *O heroe Domine complacere tibi ut eruas me. quoniam infirmus sum, quoniam de terra mea sum, quoniam sublati sum, & hoc rationibus missus sum: non penitus quidem innocens, sed quantum ad eum qui me seducit aliquatenus innocens.* Addit S. Leo sermone 1. de Nativitate. Decuisse ut Deus redimeret hominem, ne gloriaretur demonse quodammodo vicisse contra Deum, & explevisse desiderium invidie sue dum homo non assequitur gloriam à qua demon exciderat, ad cuius tamen locum occupandum Deus hominem crearat. Denique Theologi hanc afferunt rationem: Quod homo fit ex natura sua flexibilis voluntatis & arbitrii, longumque tempus viae habet quo possit pœnitere, ideo conveniebat eum vocari ad pœnitentiam: Angeli verò voluntas quodammodo ex natura sua inflexibilis est, & natura quoque

Luc. 10.

Iob 7.

Exech. 28.

1.

2.

3.

Luc.

quoque sua requirit viam brevissimam ut ad terminum perveniat. Ideo mox ut peccavit, ad terminum pervenit, & in malo confirmatus est, sic que damnationi additus est, ob pravum superbiae motum, cui consentit, illi magis adhaerere volens quam Deo. Sic & Angeli boni pro uno solo motu pio vel pro morula perseverantiae in gratia fuerunt confirmati, & mox gloriam affecturi.

Dicamus tertio in hoc promicare Pastoris nostri amorem, quod non solum descendens requirit ovem suam, sed etiam quod inventam grandilabore & fatigatione dignetur humeris suis imponere. Per spinas & vepres aberrantem requisivit, non sine vulnere & sanguine. Testatur ejus manus pedesque laniati: testatur & caput spinarum adhuc cruenta ostentans vestigia. Non potuit salire in montibus, transilire colles, sine gravissima fatigatione & copioso sudore. Non potuit per loca vepribus obstructa pertransire sine lassatione. Nec ramentum propterea indignabunda voce terrore viculam haerentem in spinis. Non percussit eam minaci virga, non aspero suscipit vultu, sed gaudens eam cum suavitate humeris imponit, oblitisciturque omnia propter eam suscepti laboris, fatigationis, lassationis. Nec novum onus reputat dum humeris imponit, sed potius alleviamentum & quietem, quia gaudet tali sub onere. Hoc est quod dicit S. Ambr. in Psal. 118. in persona peccatoris: *Quare me Domine, invenisti me suscipere porta me. Potes invenire quem tu requiris, dignare suscipere quem in voveris, impone humeris quem susceperis. Non est tibi ipsum onus sustinere, non tibi oneri est vestitura justitia. Sed numquid repertam ovem poterat curare reduci per alium? Equidem poterat, sed ipse dives in amore & misericordia beneficium beneficium vult emulare, vult ipsemet reducere, & propriis ulnis excipere: propriis humeris revertere;*

Barcina sit que cura fuit, neque quaterere tantum. Illa jactu caelestis habet clementia Christi.

Ita de hac ove & hoc Pastore loquitur Alcimus. Adverte quoque, quod non dicatur Pastor post longam fatigationem inventa ove paululum requiescisse, ut presumptis viribus facilius posset hoc onus piamque hanc facinram portare; sed mox inventam humeris imposuisse indicatur. Quid ita? Quia nostri divini Pastoris fatigatio non tollitur sessione, se potius novis laboribus pro ove assumptis. Sic nullaci requies, nisi laborando pro nobis. Audi S. Basilium Seleucum orat. 26. *Mores & silvas obire non recusat, obis precipitis, cum quo decurrante venit in partem decurrantibus, & subjiciens humeros proprio labore oviculam curat laborantem; gaudet ipsa fatigatione, ovium inventionem ratus lassitudinis levamentum.* Sic etiam advertit S. Chirifologus, quod dum Pater cecidit super collam prodigi revertentis & languentis praefame, Pater ei non fuit oneri, sed levamento: quia onus erat amoris, non erat onus gravaminis. Texus sic ait: *Cum adhuc longè esset, vidit eum*

*Pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collam eius, & osculatus est eum. In qua verba sic S. Chirifologus serm. 3. *Accurrit non progressu corporis, sed pietatis affectu. Cecidit super collam eius, ut erigeret sic jacentem. Cecidit super collam eius, ut amoris onera onus tolleret peccatorum. Filius juratur ipsius Patris amore, non gravatur. utrobique ergo amor & in Pastore erga ovem errantem, & in Patre erga filium revertentem. Pastor non praebet ovi minacem baculum, sed exhibet compatientem humerum. Pater faciem exhibet & dat oscula, non flagella. Delicta non videt via amoris, inquit idem & ideo Pater peccata filii redemit osculo, clausit amplexu, ne nudaret Per filii crimina: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & tecta sunt peccata. Sed cum sit magna clementia Patris erga prodigum, nonne major adhuc apparet erga ovem clementia Pastoris? Pater filium non requirit peregrinantem, sed recipit revertentem; Pastor ovem requirit errantem, & necientem reverti humeris revehat balantem. An non tibi major videretur his bonitas Pastoris quam Patris? Sed idem est Pater, idem est Pastor. Quosdam ut filios vult redire ad cor, paternam bonitatem rememorando, paternae domus abundantiam cordate cogitando; sicque ad paternam brachia reverti, suam agnoscendo insipientiam qua discesserunt. Alios vero quia videt magis ac magis aberrare quo magis procedunt, instar ovium exerrantium, ideo dignatur requirere magna sollicitudine, & manus eis humerosque commodare revertentur; quia pedes eis deficiunt praefalitudine, dum multum errando laborarunt, dum in via iniquitatis lassari sunt, dum gratiam perdididerunt, quae ad recte & forti gressu peragendum in itinere caeli eis vires praebat. Vade ergo jam secuta, ovis timida, Pastor te portat. Noli timere, quia fortis ejus est humerus. Qui prius onus crucis pro te sustinuit, nunc eisdem humeros tibi supponit novo cum gaudio. Non vult vel unius ovisculae detrimentum, integrum vult gregem suum, & ideo nec labori parcit ad requirendum, nec humeris ad reportandum. Quae ita errabundam, sanat vulneratam, pascit macilentam, humeris sustinet lassam, gregi restituit reintegratam. Nihil ei grave est, nihil onerosum, postquam propter eam onus crucis sustinere dignatus fuit, in qua Pater omnium iniquitatem possuit. Unde dixit Propheta: *Omnes quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Jam ergo extunc oves suas in humeros suscipiebat, qui ovium omnium peccata portabat. Ibi Adam suam inobedientiam, Eva concupiscentiam & infidelitatem, Noe intemperantiam, Moyses diffidentiam, Aaron idololatriam, David adulterium & homicidium in ejus transfudit humeros, quia pro eis bonus Pastor fatiscit. Et ideo forsitan cum diceret David eximo cordis sui contitit, *Peccavi Domino*; mox respondit Propheta Nathan. *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Sed quo transtulit? Certe in humeris.***

Isaia 53.

1. Reg. 12.

Luc. 15.

Rational. Evang.

D d d d hume.

Psal. 123.

humeros Christi-Pastoris boni, quia pro ovium peccatis omnibus satisfecit. *Sura dorsum ejus fabricaverunt peccatores, dum prolongarunt iniquitatem suam; sed libenter id sustinuit, dummodo relinquerent iniquitatem suam, quia pro illis proposito sibi gaudis sustinuit crucem.* Cum gaudio supposit humeros ut imponeret tunc sibi omnem ovem errantem.

Hebr. 12.

Nemo ergo despondeat animum, consideratâ Pastoris hujus tantâ bonitate & amore. *Non erit tristis, neque turbulentus. Calamum quassatum non conerit, & linum fumigans non extinguet,* inquit Propheta Isaiâs animans peccatores. Quasi dicat: Tantâ mansuetudinis est, tantâque patientiâ, ut calamum quassatum & linum fumigans, in quo adhuc aliquid luminis est & ignis, hoc est infirmos & imbecilles peccatores, non abiciat, nec contentiosus & clamorosus increpet, & opprimat; sed suâ bonitate sustentabit, fovebit, accendat, reparabit. Idem igitur est ac si diceret: Oves erraticam non asperet tractabit, ut in desperationem adduci possit; sed infirmam suscipiet benignè ut in spem erigat. Propterea dicit S. Augustin. *Medit. cap. 2. Animant me publicani, meretricis, & latrones, qui à sanctis hostis momentaneè erui sine excep-tione Pastoris. Tu enim Domine licet sis in cunctis operibus quis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in operibus pietatis. Miserationes tuas super omnia opera tua. Neminem enim spernis, neminem abicis. Si peccato parcis, si reus suscipis, dum distit pro peccato reus, ut servatorem, invidiam repugnantem, expectas torpentem, amplexaris reduntem, doces ignorantem, mulces morientem.*

Exempli Christi Pastores animas querunt & errantem.

Imo hic quoque proponitur Pastoribus omnibus imitanda, ut magno desiderio, ardentique zelo querant oves errantes, hoc est, animas in peccatis agentes, & magis charitate ac mansuetudine suscipiant, reverti volentes Ipsorum est eas humeris imponere, & ad ovile divinæ gratiæ reportare, intruendo in Christum tamquam primum Pastorem & exemplar Pastorum omnium dulci onere ovium cum gaudio oneratum. Ideo olim teste Tertulliano l. de pudicitia cap. 6 in calicibus, immo & in vestibus sacris, solebat depingi Pastor hic Evangelicus in humeris ovem gestans, ut illum semper præ oculis sacerdotes, sacrificantes haberent ad imitationem. Ideo & Pallium Episcopale ex lana contextum est, teste Iuliano Pelusiotâ epistol. 136. *Illud inquit, amiculum quod Sacerdos humeris gestat, atque ex lana non ex lino contextum est, ovium illius quam Dominus aberrantem quæsit, inventamque humeris sustulit, vellens designat.* Episcopus enim Christi typum gerit, ipse munere fungitur; atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit: se boni ac magni illius Pastoris imitorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit. Hanc charitatem & suavitatem supremi Pastoris imitati sunt multi, qui ab ipso ad animarum conversionem destinati fuerunt: Apostoli scilicet & co-

rum in hoc munere successores viri Apostolici, in partem ejusdem sollicitudinis erga oves Domini vocati, conversantes quando oportum erat cum peccatoribus, ut eos ad Dominum reducerent & reverberent. Audi quod de S. Xaverio refert Turcilinus l. 2. c. 17.

B. Xaverius quorundam animos ad eum perditos S. Xaverii ut nec seclera sentirent, nec remedia ferrent hac arte adjuvit: Comiter primo consueverat se in illorum familiaritatem insinuare, in peccatis connivere, medendi voluntatem dissimulans; inde usu & comitate devinctis animis, sensim ad inveterati morbi curationem, sibi viam faciebat, modo divinis legibus propositis flagitia ostendens, modo intentatis variis humanæ vitæ casibus, Dei terrorem incutiens. Sic mentibus præparatis manum admovebat, illecebras removens ab eis, & recrudescencia conscientia vulnera divinæ misericordiarum oleo delinens. Audi in particulari. Scelestam militem qui jam duodeviginti annorum confessione abstinerat socium navigationis habere voluit: comitate in eum utens maximâ ludenti assidebat, omnibusque obsequiis demerabatur, ut illum ad confessionem induceret, & in viam salutis revocaret. Quid accidit. Militem confessione peractâ semel Pater & Ave recitare iussit, pollicitus se pro illo Deo satisfacturum; & ita aculeato flagello se pro illo vir sanctus ad sanguinem usque verberavit. Quâ re ita flexus est militis animus, ut studiū pœnitentiæ amplexus, voluntariis se penis addiceret ad elevandas antea vitæ sordes. Sic ergo beatus vir inftar Pastoris Evangelici hanc ovem errantem suis humeris reduxit, cui onera portans.

Similiter S. Carolus Borromeus cum numerosam prolem haberet in sua diocesi inter montes & silvas demorantem, considerabat esse gregem & oves à supremo Pastore sibi coarctatas: & ideo sollicitudine pastoralis eas requirebat, personaliter invisebat, ut instrueret, & lucem & benedictionem eis importaret. Unde visitans diocesim suam per Helvetianas partes aliisque loca prærupta & in via oberabat, sæpius coactus potius repare quam itinerari, coactus quoque facinas propriis veclare humeris, ut ad inaccessos illos populos pertingeret, ut hæc erudores & plebem in montuosis locis demorantem propriis monitis stimularer, & gratiæ auxiliis adjuvaret. Testis est auctor vitæ ejus lib. 6. cap. 45.

Quid non fecit Abraham Eremita, ut neptem suam Mariam à se fugitivam à turpi vita ad castitatem & pietatem reduceret? Mutavit habitum, ingressus est tamquam miles hospitium, incognitus petiit ejus alloquium, quasi remnesariam cum ea commisiturus. Sed tandem se illi detegens, pro ejus anima sponddit si reverti velle; peccatis ipsius se onerare paratus fuit, si monenti patre illa pareret. Sic ovem errantem ad perditam humeris suis cum gaudio reportavit. O charitatem! O benigni-

benignitatem imitatricem Evangelici nostri Pastoris!

PARS III
De gaudio
vicinorum.

Gen. 37. Dilectum postremo singularem Pastoris nostri affectum manifeste nobis testari gaudium quod ex ovis inventa concepit, & advocacionem illam amicorum ad sibi congratulandum & congratulandum: *Congratulamini mihi, inquit, quia invenio oves meas quae perierat.* Ubi notat S. Gregorius homil. 34. in Evangelio. *Non dicit, congratulamini ovi invento, sed mihi, quia scilicet eius est gaudium vita nostra.* Et cum nos ad caelum reducitur, sollemnitate letitiae ipsius adimplemus. Damnum oviculæ tamquam proprium sentit pius Pastor, & gaudet inventam quasi deploravit pereuntem. Jacob plorat Joseph filium suum quasi nullum alium haberet, nec ab aliis filis vult ullam recipere consolationem. Ubi autem audit, *Joseph filium tuum vivit, & revixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit, vadam & videbo illum antequam moriar.* Sic quadam ratione Dominus videtur maxime indolere quando vel unus perit, quasi alios non haberet; gaudet autem maxime quando vel unus convertitur. Propter unam Samaritanam accedit ad puteum grandilabore fatigatus. Propter unum Zachæum perambulavit Jericho sollicitus. In illorum conversione magna dat signa letitiae, quasi inventa oves, quia & in caelo gaudium est super uno peccatore poenitentiam agente. Unde Origenes hom. 23. in lib. Num. sic ait: *Ego puto quod per singulos quosque credentium, per singulos qui convertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, festivitas oritur Domini. Quomodo putas letificat eum, cum is qui fuerit impudicus, sit castus, & qui fuerat iniustus, iustitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius. Iste omnes singulorum quorumque conversiones festivitates generant Deo. Hoc ergo voluit Dominus indicare, dum gaudet reposita oves, dum sibi vult congratulari, dum dicit: *Gaudium est super uno peccatore poenitentiam agente.**

Quomodo majus gaudium super uno poenitente quam 99 justis.

Resp. 1. Sed dubium remanet, cur dicat quod gaudium sit in caelo majus super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent poenitentia.

Resp. 2. Resp. 1. per 99. Justos designari superbos Pharisæos, qui se justos existimabant, nec putabant se egere poenitentia. Quasi illos perstringens Dominus dicat: *Majus est gaudium super uno peccatore, quam super vos. O Pharisæi superbi, qui alios despicitis, & cum arrogancia exultatis vos justos, & secundum invidiam illam opinionem bonam de vobis non indigetis poenitentia. Ita nonnulli Interpretes.*

Resp. 2. Intelligi etiam id posse de verè justis, dicuntur autem illi non egere poenitentia, quia scilicet deleat mortalem culpam, & à statu peccati ad gratiam statum illos transferat. Majus autem gaudium dicit esse de uno poenitente, quam de

multis justis, ad illum modum quo in hac eadem parabola dicit apud Matthæum hominem aliquem magis gaudere super errabunda ove reperta, quam super 99 quæ non erraverunt. Quia scilicet magis actuale est, & magis sensibile gaudium de unius poenitentia, quam de multorum innocentia: quomodo Pater aliquis magis gaudet de unius filii restructa valetudine, quam de multorum filiorum qui non fuerunt in periculo integræ sanitatæ, et jam si omnes filios ex aquo diligit. Sic ex inventiove ovis perditæ actuale quoddam oritur gaudium in Pastore, quod non nascitur ex ovis quæ permanserunt in pascuis. Loquitur ergo Dominus vulgari quodam modo de rebus divinis, tamquam de humanis; In rebus autem humanis amilla res cum reperitur, est occasio & materia novi gaudii. Hoc latius explicat S. Augustinus lib. 8. confess. cap. 3. ubi ait: *Deus bonè quid agit in homine, ut plus gaudeat de salute desperatæ animæ, & de majori periculo liberatæ, quam si spes ei semper affuisset, aut periculum minus fuisset? Et enim tu quoque misericors Pater plus gaudes de uno poenitente, quam de nonaginta justis quibus non est opus poenitentia. Et nos cum magna jucunditate audimus quam exultantis Pastoris humeris reportetur ovis quæ erraverat: Et drachma referatur in thesauros tuos, collatantibus vicinis mulieri quæ invenit: Et laetitia excutit gaudium in solemnitatis domus tuæ, cum legitur in domo tua de minore filio, quia mortuus erat & revixit, perierat & inventus est. Gaudes quippe in nobis & in Angelis tuis sanctæ charitatis sanctis. Nam tu semper idem, qui ea quæ non semper nec eodem modo sunt, eodem modo semper nôsti omnia. Quid ergo agitur in anima, cum amplius delectatur inventis rebus quas diligit, quam si eas semper habuisset? Contestantur enim & cetera, & plena sunt omnia testimonii clamantibus: ita est. Triumphat victor Imperator, & non vicisset nisi pugnalet & quanto magis fuit periculum in prælio, tanto majus est gaudium in triumpho. Jactat tempestas navigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte pallescunt. Transquillatur cælum & mare, & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Ager est charus, & venaculus malum renuaciat, omnes qui cum saluum cupiunt simul animo agrotant. Fit cirecè, & nondum ambulat pristinis viribus, & fit jam tale gaudium quale non fuit cum antea foris ambularet. Hæc ibi Augustinus ad nostrum propositum aptissime.*

Resp. 3. cum S. Gregorio, posse id intelligi de justis tepidis, & de peccatore magno animi fervore relurgente. Majus ergo gaudium est super uno peccatore poenitentiam ardentè argente bonisq; operibus insudante, quàm super 99 justis qui pigri remanent ad exercitium bonorum, quia sibi securi videntur quod nulla commiserint graviora mala. Alii vero ex ipso suo dolore cõpuncti nar desunt in amorem Dei, & damna præcedentia lucris sequentibus recompenfant, quia se errasse à Deo confitentur.

Dddd 2 Decla-

Declarat id sanctus Gregorius appositis similitudinibus per hæc verba : *Majus de peccatore converso quam de sancto iusto gaudium fit in celo ; quia & dux in bello plus illum militem diligit , qui post fugam reversus hostem fortiter premit , quam illum qui nunquam terga præbuit , & nunquam aliquid fortiter gessit . Sic agricola illum amplius terram amat que post spinas uberes fruges profert , quam eam que nunquam spinas habuit , & nunquam fertilem messem producit .* Hæc S. Gregorius hom. 34 in Evang. Hæc omnia alicha confirmans S. Cyprianus lib. de duplici martyrio sic loquitur . Non hoc sic accipiendum est , quasi Deo & Angelis ejus gratius sit post lapsum redire ad pietatem , quam citra lapsum perseverare in innocentia . Sed scriptura suo more loquitur secundum affectus humanos , illud testatur esse volens gratissimam esse Deo peccatorum conversionem . Atque interdum piorum lapsus quamvis enormes divina dispensatione vertuntur in summum Ecclesiæ profectum . Sic lapsus est Apostolorum Princeps , sic Paulus Doctor Gentium , sic Maria Magdalene , quibus Ecclesia maxime gloriatur : quorum lapsus cessavit in stabilimentum & solarium domus Dei . Præterea non hic loquitur de vere iustis , sed de justitia Pharisæica , sicut alibi dicit . Non est opus sanis medico , sed malè habentibus . Hæc S. Cyprianus paucis complectens tres nostras responsiones .

Quæ gaudiant Angeli peccatore poenitente .

Resp. 1.

Ceterum Angeli habeat occasionem gaudii in conversione nostra triplici de causa . Prima est , quia agnoscunt tunc officium suum & ministerium circa poenitentem non fuisse frustratum suo fine . Cum enim sint nobis constituti tamquam duces & tutores , ut nos à malo abstrahant , & ad bonum excitent , ad salutemque æternam perducant per poenitentiam viam , non potest non eis esse gaudium , dum eorum monitis homo pertingit à tenebris peccati ad gratiæ lucem . Sicut enim Medicus gaudet quando cernit erga ægrum suæ curationis fructum : similiter & Angelus gaudet quando videt erga hominem suæ curationis effectum . *Secunda est , quia vident ex peccatoribus conversis suum adimpleri numerum , dum adimpletur numerus electorum . Sive enim tor ascendant de hominibus ad gloriam quot Angeli ceciderunt , ut aliqui dixerunt Theologi , sive plures , ut alii volunt , quia tam principiter creatus est homo ut Deo fruatur , quam Angelus , & licet non peccasset Angelus , fuisset homo creatus & post lapsum reparatus , ut docet Magister Sentent. in 2. d. 9. Tamen certum est ex creatione & reparatione hominis hoc consecutum esse boni Deo ordinare , ut in stauraretur ruina Angelica per homines ; Ita ut illa civitas nulla mereretur circum se fraudanda , sed aliqua addendi super numerum , secundum mentem Augustini .* Exinde ergo gaudent Angeli in conversione peccatorum .

Resp. 3.

Tertia causa est , quia dum per poenitentiam veniunt homines ad vexillum Christi de castis diaboli , gloriam Dei plures celebrant : veniunt enim

hi ut cum illis collaudent bonitatem & misericordiam Dei . De tali ergo gaudent consortio , quando cum Angelica natura etiam laudat Dominum humana creatura . Sic cum laudant astra matutinas hoc est Angeli : & jubiliant omnes Filii Dei , hoc est Angeli cum hominibus .

Exemplum habemus quomodo Angeli gaudeant in conversione peccatorum in libro doctrinæ Patrum de providentia numer. 5. ubi sic legimus . *Beata memoria Paulus simplex discipulus S. Antonii gratiam habebat à Deo ut unumquemque ejus conscientia esset , agnosceret , sicut nos facies videmus invicem . Quodam die sedens ad ostium Ecclesiæ intuebatur ingreditibus , quo animo intrarent . Ingradientibus omnibus clara facie cum Angelo suo , vidit unum obscurum toto corpore , & demones , utraque parte cum trahentes ad se , Angelum vero à longe sequentem tristem . Paulus lacrimans & pectus tundens eum deplorabat . Interrogans vero eum alii quid illi lacrima , rogabantque ut ingrederetur ad missam cum eis . Illa autem sedebat foris tacens & plorans , nolens ingredi . Paulo post dimisso Ecclesiæ conventu attendebat singulos exeuntes , ut quorum cognoverat introitum sciret quales exirent . Et vidit virum illum exeuntem splendendum vultu & corpore , & Angelum circa ipsum gaudentem valde , demones autem à longe sequentes . Tunc Paulus cum gaudio exiliens in clamabat : *Venite & videte opera Domini , quomodo vult omnes salvare , & quomodo potens est peccata remittere .* Cumque plures accurrerent ut eum audirent , referebat quæ viderat . *Mox interrogat virum illum vade ei tanta mutatio ? Ille convictus à Paulo aperte dixit : Ego homo peccator sum & usque nunc in fornicatione vixi , ingrediens autem Ecclesiam audivi vocem Dei per Isaiam : Lavamini , mundi estote , auferite malum cogitationum vestrarum , si fuerint peccata vestra ut coecum , quasi nix dealbabitur . In hoc sermone compunctus sum ; & ingemiscens dixi . Tu qui venisti peccatores salvos facere , & qui hæc promissisti per Prophetam , comple illa effectus in me . Amodo abrenuntio iniquitati meæ , & servio tibi in conscientia munda . In hac ergo hora suscipe poenitentem , & omni peccato abrenuntiantem . Sicque cressus sum Ecclesiã cum promissione firmam . Hoc audientes ceteri benedixerunt Dominum . Sic scilicet eum poenitentem subito bonus Pastor humeris suscepit . Sic Angelum suum antea tristem lætificavit .**

Propterea unicuique possumus dicere cum S. Bernardus *medit. cap. 5. Væ tibi quicumque es qui desideras redire ad vomitum , reverti ad lutum . Putasne placatos eos habebis in iudicio quos tanto vis privare gaudio ? Exultaverunt super his quos ab inferi porta cernebant revocari . Quid ergo erit , si ab ipsa paradisi janua viderint retrosum abire , qui jam alterum pedem in celo videbantur habere ?*

Conclu- **T**u bone Pastor, qui in caelo tamquam deserto
fo. (quod deseruerunt quidam Angeli, & homines
omnes per Adæ peccatum) relictis Angelis quasi
99 ovibus, venire dignatus es ad hominem tam-
quam ovem errantem, ut humeris impositam re-
duceres eam; fac nos intelligere & redamare cha-
ritatem, quam exhibuisti sic veniendo, pellem ovis
assumendo, per spinas & dumeta non sine sanguine
transiendo, humeros pio oneri supponendo. Fac
ut simus ovis illa à te quaesita, à te recepta, ut lac-
tificemus caelum & Angelos conversione nostrâ,
& tandem audiamus vocem illam cum ovibus,
quæ sunt à dextris: *Venite benedicti Patris mei, percipite
regnum preparatum vobis à constitutione mundi; sic-
que collatæ in æternum, te Ducem sequentes, &
& Pastorem per æterni viroris pascua.*

Lect. 3. **DOM. IV. POST PENTECOSTEN.**
tripar- *Irruebant turba, ut audirent Verbum Dei.* Luc. 5.

PARS I. **M**agnus omnino elucefcit fervor populi Jesum
De turba *quocumque sequentis per urbes & castella,
irruente, per agros & montes, per lacus & maria. Nec exi-
ut audi- gno numero, sed turmatim ad eum ita accurrere
rent Chri- vist sunt, ut Evangelista fervorem eorum volens
stum. describere dicat, quod Turba irruerunt in Iesum, quasi
cum impetu urgentes & prementes eum. Hoc qui-
dem irreverentiæ cuiuspiam videri posset, sed ut
dicit S. Bonaventura; Desiderium verbi Dei tanti
apud Deum est meritum, quod ipsam quoque irreve-
rentiam turbæ in eum irruentis excuset. Vehementi
enim desiderio movebantur, considerantes
magis Domini bonitatem quam majestatem. Sic
adimplebatur ex parte illud: *Omnes sitientes venite
ad aquas, properate, audite audientes me. Quasi dicat. O
vos omnes veritatis & sapientie salutiferæ avidi,
venite ad aquas doctrinæ & salutis, properate, pre-
mitte, irruite cum fervore, sitim animi vestri, sitim
veritatis, sitim sapientie cælestis & salutiferæ se-
dare. Sitite sitiri Dominus, inquit S. Nazianzenus, & si
tante bono sine labo & petrii passimus accedendo tantum ad
fontem, cuius amentia est tantum bonum discurrere? Hæc
ergo siti pressi premebant se populi. fluentes ad
Dominum, premebant & ipsam Dominum, ut de
fluentis ejus haurirent, biberent; aviditatemque
suam explerent, ipso non invito, sed invitante.**

Ob tripli- **T**res porro causas possumus adferre tantæ mul-
tem cau- *titudinis tanto cum fervore ad eum concurrentis
sam turba- & irruentis.*

in Chri- *Prima, ut audirent eum.
stum irru- Secunda, ut viderent eum.
entibus. Tertia, ut tangerent eum.*

1. *Prima hic exprimitur disertis verbis. Irruebant
in eum, ut audirent verbum Dei. Quodnam illud
verbum Dei? Christum audire aiebant, qui est ve-
rum & æternum Patris Verbum. Quia ut ait Apo-*

stolus; Deus qui multisariam multisque modis olim
loquens erat in Prophetis, novissime nobis locutus est in
fimo. Antea obscure & imperfecte loquebatur in
Prophetis, & per Prophetas, super quos sæpe ut
dicit scriptura, *Factum est verbum Domini*; & lo-
quebatur eis Deus per revelationes, vel sensibi-
les, vel intellectuales, vel imaginarias. Postea au-
tem per verbum suum incarnatum manifestè loqui
dignatus est, & perfectè quando illud fuit. Ver-
bum quod conceperat ab æterno ipse manifestavit
nobis in tempore, in assumpta carne: tunc enim
proprie loqui dictus est, quia habet se hoc Verbum
incarnatum ad Verbum increatum, sicut verbum
vocis ad verbum cordis, ut ex S. August. docet S.
Thomas in cap. i. ad Hebr. Christus ergo verbum
Dei est, quod suscipiebant cum omni aviditate
turbæ; & ipsum verbum Verbi, hoc est sermonem
ejus sermonem sapientie æternæ similiter ardenti
excipiebant desiderio, ad eum irruentes, eique ad-
hærentes propter efficacissimam, suavissimamque
gratiam verborum ejus.

De hac ejus gratia ac verborum suavitate & effi- *Suavitas
cacia, quæ alliciebat turbas, testimonium habe-
mus tum in veteri, tum in novo testamento. In
veteri quidem de ea propheticè dixit David: Dissu-
ebat. *sa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in
Psal. 44.
æternam. An non hæc est gratia sermonis cælestis
propter quam a Deo & hominibus æternum est
benedictus? Unde mulier illa Evangelica verbo-
rum ejus suavitate quasi extra se rapta extollens
vocem in medio turbarum in hanc benedictionem
erupit: Beatus venter quæ te portavit, & ubera quæ su-
Luc. 11.
xisti. At ille Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt
illud. De eadem gratia laborum loquitur sponsa.
Labia illius lilia dissillantia myrrham primam. Ubi
comparat labia sponsi cum liliis purpureis in Sy-
ria laudatissimis, propter suavitatem ejus.
Dicitque labia illa fuisse quasi stillantia myrrham
primam, sive myrrham electam & probatissimam,
quia peccatores increpabat & hortabatur ad pœ-
nitentiam & crucem ferendam, & hoc erat stillare
myrrham amarâ; quia tamen hic sermo de cruce
& penitentia procedebat de ejus ore melleo, ama-
ritudo illa non erat amaritudo, ob suavem gratiam
laborum ejus. Huc etiam spectat quod dicit ipse
de se Christus Dominus dedit mihi linguam eruditam,
ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo.**

In novo testamento notissima sunt testimonia
ejusdem rei expressa in plerisque locis Evangelii.
Unde dicitur: *Mirabantur omnes in verbis gratie.* Luc. 4.
*que procedebant de ore ejus. Idem ipsemet adversarii
qui missi fuerant ad eum, apprehendendum, stupe-
facti redeunt, & dicunt. Numquam sic locutus est ho-* Ioan. 7.
mo. Item dicit de eo Petrus: Domine verba vite æ- Ioan. 6.
terna habes, ad quem quisquam? Cælesti ergo suo ser- Cant. 4.
*monè quasi vita coccinea, purpureoque suavitudo
ad se trahere turbas, illasque sibi colligabat tantâ
efficaciâ, ut vix possent ab eo divelli. Ideo quando-
que triduo secuta sunt eum neglecta familia, ne-
que cuncta*